



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Joannis Friderici Karg Bambergensis Franconis. Pax Religiosa Sive De exemptionibus, & subjectionibus Religiosorum

Karg von Bebenburg, Johann Friedrich

Herbipoli, 1680

4. Injustæ Regularium exemptorum querelæ adversûs Episcopos.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38315**

4. Tantum abest, ut vel diffidii, vel  
 persecutionis Regularium Author sim,  
 qui si publica Confessariorum, Prædi-  
 catorum, Doctorum &c. munia certa-  
 tim suscipiunt, & Episcopalibus vineis  
 excolendis operas suas passim addicunt  
 citra turbationem (ut Illi quidem a-  
 junt) Religiosi ordinis sui: queri pro-  
 fectò non debent, quòd multiplices pro  
 varietate casuum sortiantur superiores,  
 modò intra suos quique se limites ita  
 pacatè contineant, ut Episcopus non u-  
 surpet ea, quæ ad Regularem Exempto-  
 rum observantiam pertinent; nec Re-  
 gularis Superior jurisdictionem Epi-  
 scopalem, cui Regulares operarii in iis,  
 quæ publicas ejusmodi functiones  
 concernunt, se sponte submitunt, inva-  
 dat. Adeò ut Regulares exempti poti-  
 ùs, si & operas, & querelas continuent,  
 tam iniquâ favoris Episcoporum illos  
 in muneri sui communionem admit-  
 tentium interpretatione notam ingra-  
 torum, ne dicam factiosorum, incur-  
 rant;



rant; atque vel juxta Religiosi status  
sui à *relinquendo* dicti etymon, officia  
prædicta dimittere aut nunquam acce-  
ptare; vel annexam his obligationem  
subire teneantur.

¶ Ubi ut sensus meos clarè depro-  
mam, Candidè assevero, extrema utrin-  
que vitanda esse, & nec insultandum E-  
piscopis à Religiosis, qui ab illis non  
planè oblucentes ac inviti ad Ecclesia-  
sticorum ordinum gradum & publicas  
Clericorum functiones admissi sunt:  
nec è diverso, cùm Episcoporum quo-  
rundam socordia, vel ob adauctum gre-  
gem insufficientia, complures olim  
Monachos è solitaria quiete ad susti-  
nendum magna ex parte Episcopalis  
ministerii pondus evocârît, par esse, ut  
absque causa lamententur de eo Episco-  
pi & Ecclesiastici, quod Prædecessorum  
suorum vitio, aut cum ingenti saltem  
beneficio contigit, dummodo à Reli-  
giosis exemptis Episcopi pacificè frui  
sinantur Jure suo, quod per se liqui-  
dum